



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Waradiensi Et Nitriensi Episcopis, & Abbati de Egris Cenadiensis diocesis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

„gum . . . . Episcoporum . . . .  
 „vel Actorum parvæ vel magnæ personæ in  
 „prædicto venerabili monasterio vel in eis  
 „qua eidem venerabili monasterio pertine-  
 „re videntur quocunque modo incumbere  
 „aut invasionem facere . . . . acce-  
 „dere vel Missarum solemnia celebrare , nisi  
 „ab Abbatे fuerit invitatus ; quatenus hoc  
 „quod ad laudem & stabilitatem supradiœti  
 „sancti monasterij statuimus firma stabilita-  
 „te permaneat. Interdicentes omnino Epis-  
 „copo in cuius parochia esse videtur supra-  
 „dictum monasterium constitutum ut nihil  
 „contra tenorem præsentis decreti pia pos-  
 „tulatione induiti quicquam attenter , sed  
 „neque ullo modo baptismales Ecclesiæ sibi  
 „vindicer. ] Et ego Henricus sacrosanctæ  
 „Romanae Ecclesiæ Scrinarius una cum  
 „Bartholomæo Clerico sancti Petri ad vin-  
 „cua horum supradictorum exemplorum  
 „authentica privilegia , Dominorum videli-  
 „cet Adriani , Iohannis , atque Marini Pa-  
 „pæ , videns & perlegens , ut in eis contine-  
 „batur , sic in suprascriptis continetur exem-  
 „plis , & ex fideliter exemplavi , & signum  
 „feci. ] Nulli ergo &c. conscriptionis &c.  
 „usque incursum. Datum Laterani Idi-  
 „bus Junij , pontificatus nostri anno sextodecimo.

**WARADIENSI ET NITRIENSI**  
*Episcopis , & Abbati de Egris Cenadensis  
 dioecesis.*

Epis. 62.  
 Ut dissimilant  
 controversiam  
 super decimas

**E**X vestris accepimus litteris quod cùm causam quæ inter venerabilem fra-  
 trem nostrum Vesprimensem Episcopum ex parte una & dilectos filios Strigonienfe Capitulum ex altera super quarundam decimis vinearum positarum juxta Strigoniū vertitur experientia vestra sub certa forma duxerimus committendam , vos in ipso negotio propter quasdam exceptions adversus eundem Episcopum ex parte Capituli propositas coram vobis , quas sub vestris sigillis ad nostrum transmisisti examen , & nos sub bulla nostra vobis remitti mus interclusas , procedere distulitis. Vo- lentes igitur ut finis litibus imponatur , vobis per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus nonobstantibus excepti onibus supradictis in causa ipsa juxta prioris mandati nostri tenorem ratione prævia procedatis , recipientes testes & alias probations Episcopi , quibus uti voluerit , cùm per narrationem ejusdem Episcopi & responsonem Capituli afferentis bona memoriae K. prædecessorem Episcopi se- pedici à quæstione quam super eisdem de-

Tom. II.

cimis coram bona memoria I. Strigonienfi Archiepiscopo adversus idem Capitulum moverat , cùm decimas illas sui juris non esse recognosceret , humiliter destitisse , his intelligi debeat contestata. Si quid autem prætextu decimarum ipfârum venerabilis frater noster Strigonienfis Archiepiscopus contra ipsum Episcopum proponere fortè voluerit audiatis , & auditis hinc inde propositis , causam , si de partium processerit voluntate , fine canonico terminetis. Alioquin eam sufficienter instruam ad nostram audientiam remittatis , præfigentes partibus terminum competentem quo per te vel procuratores idoneos nostro le conspectui repræsentent justam dante Donino sententiam recepturæ. Vos denique , fra- tres Episcopi & fili Abbas , super vobis ipsis &c. Datum Laterani v. i. Kalendas Junij , pontificatus nostri anno sextodecimo.

**EPISCOPO LINGONENSI,**  
*& Abbati Morimundensi Lingonensis  
 dioecesis.*

**A**Vditis & intellectis quæ super inqui-  
 sitione facta contra venerabilem fra-  
 trem nostrum Archiepiscopum Bisuntinum  
 fuere proposita coram nobis , quia per de-  
 positiones testium constitutæ evidenter ip-  
 sum clericos , cùm eos promovebat ad or-  
 dines , fecisse promittere data fide quod  
 eum per sedem apostolicam vel per alium  
 super obtinendo beneficio non vexarent ,  
 ut puniatur in quo deliquit , eundem à col-  
 latione ordinum duximus suspendendum ,  
 & quandiu nobis placuerit volumus mane-  
 re suspensum. Interim autem per aliquem  
 de suffraganeis Ecclesiæ Bisuntinae , cùm  
 necessitas postulaverit , clericis Bisuntinæ  
 dioecesis ordines conferri mandamus. Ce-  
 terum quoniam idem Archiepiscopus super  
 virtutem simoniacæ ac lapsu carnis necnon ven-  
 ditione justitiae dinoscitur infamatus , super  
 iis ei purgationem cum tertia manu Episco-  
 porum suæ provinciæ vel etiam vicinarum  
 & trium Abbarum Bisuntinæ dioecesis bonæ  
 opinionis & vitæ , qui conversationem ejus  
 cognoverint , indicentes , discretioni ves-  
 tra per apostolica scripta mandamus quatenus ab eo infra tres menses præfixos à no-  
 bis hujusmodi purgatione recepta , ipsum  
 super illis articulis boni testimonij publicè  
 nuntietis. Quod si forte in purgatione de-  
 fecerit , ipsum à pastorali regimine amo-  
 ventes , faciat Ecclesia Bisuntinæ de per-  
 sona idonea provideri. Vos denique , fra-  
 ter Episcopi & fili Abbas , super vobis  
 &c. Datum Laterani v. i. Kalend. Junij ,

Epis. 63:  
 Canonica par-  
 gatio indicat  
 Archiepiscopo  
 Bisuntino.  
 Vide infra epis.  
 158. & lib. 1.  
 epis. 177. &  
 lib. 14. epis.  
 125.

FFff ij